



ἄδώνειος (-ον) / adonius (-um), adonidium

PLANVD. in Boeth. *cons.* 20 (p. 101 Papathomopoulos) τὸ δεύτερον εἶδος ἐστὶ σύνθετον ἔκ τε δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς, ὡς εἴρηται ἐν τῷ πρώτῳ, καὶ δακτυλικοῦ διμέτρου καταληκτικοῦ, ὃ καλεῖται ἄδώνειον· ἐχρήσατο δὲ τούτῳ ἅπαξ ἐνταῦθα.

PLANVD. in Boeth. *cons.* 81 (p. 106 Papathomopoulos) τὸ ἕβδομον εἶδος ἐστὶ δακτυλικὸν διμέτρον καταληκτικὸν εἰς δισυλλαβίαν, ὃ καλεῖται ἄδώνειος.

[ACRON] in Hor. *exp. metr.* (I, p. 4. 16 sqq. Keller) *secunda ὡδὴ dicolos est tetraastrophos, idest cantus duobus generibus metri conpositus a quarto facta replicatione; habet enim primos tres versus similes, quibus nomen est sa<p>phicis et constant troch<a>eo, spondeo, dactilo, duobus troch<a>eis. quartus vero, qui adonius dicitur, dactilo et spondeo pedibus terminatur.*

[ACRON] in Hor. *carm.* I 22 (I, p. 90. 3 Keller) *metrum sapphicum endecasylabum, quartus adonius.*

SACERD. GL VI 502. 6 sqq. *dactylicum metrum omnibus et simplicius et antiquius est, quod dividitur in species XVII ... 12 sq. dimetras tres, adoniam, hymenaicam, penthemimericam, sed simplicem.*

SACERD. GL VI 516. 22 sqq. *de adonio dimetro sapphico dactylico. adonium dimetrum dactylicum catalecticum a Sappho inventum, unde etiam sapphicum nuncupatur, monoschematistum <est>; semper enim dactylo et spondeo percutitur:*

ὦ τὸν Ἄδωνιν.

unde in sapphici metri conclusione <est cum conclusione> sensus apud Horatium sic: (Hor. *carm.* I 2. 4)

terrui urbem,

(Hor. *carm.* I 5. 3)

Pyrrha sub antro;

vergiana haec: (Aen. I 522)

Iuppiter urbem,

(Aen. II 1)

ora tenebant.

huic metro, id est adonio, addita syllaba faciet metrum hymenaicum.

ARTHON. GL VI 73. 3 sqq. *incipit autem et ad crescit per augmenta syllabarum dactylicum metrum a dimetro usque ad hexametrum. erit ergo versus dimetrus catalecticus, qui duobus suis dumtaxat pedibus subsistit, tamquam:* (Hor. *carm.* I 2. 4)

terrui urbem,

qui concurrat etiam in choriambicum monometrum hypercatalectum, quod adonidium appellatur.

ARTHON. GL VI 116. 2 sqq. *rursum *** <adoni>dius, quod metrum vocatur δίμοιρον ἐπικόν, eo quod duos pedes heroos tantum recipiat, dactylum <et> spondeum. ex his igitur colis seu dimetris Sappho (cf. fr. 158 Voigt) dicitur carmen composuisse continuum pentasyllabum. huius exemplum: (Verg. Aen. I 1)*

primus ab oris,



(Verg. *Aen.* VI 451, VIII 530)

Troius heros,
perdita flammis,
Pergama linquens,

(Verg. *Aen.* III 11)

exul in altum,
vela resolvit.

qui dimetri etiam inter epodos recipiuntur, ut apud Horatium in secunda ode, cuius initium est: (*carm.* I 2. 1)

iam satis terris nivis atque dirae,

ultima coli clausula: (*carm.* I 2. 4)

terrui urbem.

vides subiectum dimetrum metro sapphico hendecasyllabo et per ordinem eiusdem asmatis similes clausulas haberi. dehinc huic tetrametro (*scil.* heroico) Archilochus similem e contrario speciem commentus est. nam detractis hexametro non ut <in> superiore ultimis, sed primis duobus pedibus, tetrametrum huius modi induxit, velut: (Verg. *buc.* 5. 72)

Damoetas et Lyctius Aegon

dempto 'cantabunt mihi', quod est διμοιρον ἐπικόν; item: (Verg. *buc.* 1. 29)

et longo post tempore venit

sublato 'respexit tamen'. <ex hoc igitur tetrametro> aliam epodi speciem informavit.

SERV. GL IV 460. 14 sq. de adonio. adonium constat dimetro (*scil.* dactylico) catalectico, ut est hoc: (Sen. *apoc.* 12. 3, v. 1)

fundite fletus.

SERV. GL IV 468. 21 secunda ode (*scil.* Hor. *carm.* I 2) dicolos est tetraastrofos. primi enim tres versus, quibus nomen est saffici, constant trochaeo, sponodio, dactylo et duobus trochaeis; quartus vero, qui adonius dicitur, dactylo et sponodio pedibus terminatur.

PRISC. GL II 253. 5 sqq. 'hic' et 'haec compos, huius compotis'. Livius in XXVI (15. 13): 'profecto satis compotem mentis esse.' 'o' tamen in hoc solo corripitur. Seneca in Phaedra: (v. 710)

Hippolyte, me nunc compotem voti facis.

in eadem: (*immo Ag.* 365)

compote voto,

et est adonium.

IVL. TOL. 230. 188 sqq. isti metro (*scil.* dactylico sapphico) quale metrum deservit? adonium, quod dicitur semis heroicus. quales pedes recipit? dactylum, in fine trochaeum aut spondeum. da eius exemplum: (Hor. *carm.* I 2. 4)

terrui urbem,

item:

res cui tanta est.

FRAGM. BOB. GL VI 629. 21 sq. metrum sapphicum constat epitrito (paeone *cod.*, *corr. ed. Vindobon.*) II, choriambos, bacchio sive amphibrachi. quartus versus dactylo et sponodio, qui vocatur adonius. [G.M.]